

[Accueil](#)
[Revenir à l'accueil](#)
[Collection *Mythologiae libri decem*, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)
[Collection *Mythologia*, Venise, 1567 - Livre VI](#)
[Item *Mythologia*, Venise, 1567 - V : Cur Olympica, aliaque certaminum genera fuerint instituta](#)

Mythologia, Venise, 1567 - V : Cur Olympica, aliaque certaminum genera fuerint instituta

Auteur(s) : Conti, Natale

","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16 px"}}, new UV.URLDataProvider(); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest._jsonld); }); */ }, false);

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V : Cur Olympica, aliasque certaminum genera fuerint instituta](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 01 : Des causes pour lesquelles les Anciens instituerent les jeux publics](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V : Pourquoy c'est que les jeux publics Olympiens & autres joutes, festes & esbatemens publics furent instituez](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIAE,

LIBER QUINTVS.

Cur Olympica, aliaq; certaminum genera fuerint instituta.

10



RAECLARE sanè antiqui fecisse mihi videntur, Serenissime CAROLE Rex, qui, cum humanam vitam viderent multis calamitatibus, miseriisq; circumuentam, multisq; incommodis assidue vexatam, permulta ad excitandos animos iacentes propè ac defessos ad hilaritatem excogitarunt, vt à quotidianis curis aliquantulum relaxarentur, quibus tamen & cù voluptate mores informarentur, & exercerentur vires corporis, & ad religionis cultum vna excitarentur. Nam & comedie, & tragœdie, & multa ludorum genera inuenta sunt, quibus non solum ad corrigidos animi mores instituerentur, sed etiam allicerentur homines ad corporis vires exercendas cum quadam voluptate. Ita enim fiebat vt populus qui spectatū conuenerat, eruditus cum voluptate discederet, cum virtute moderationem nō sine delectatione imbibisset. Atque cum illa fierent animi relaxandi causa, tum in honorem Deorum immortalium multa certamina fuerunt instituta, quibus & ad cultum rerum diuinarum, & ad exercendas vires corporis homines excitarentur. Conueniebat igitur ex vniuersa Græcia ingens ad certamina partim spe victoriz, partim spectandi desiderio, multitudo: vbi post peracta certamina de rebus ciuitatibus utilibus, & ad salutē vel gloriam cotius Græci spectantibus, consultabatur. Et quoniam illa certamina ad religionem antiquorum Deorum pertinebant, me operū preium facturum existimo, si quibus de causis, & vbi, & quando illa instituta fuerint, & quo pacto agerentur, explicauerero. Fuerunt igitur quatuor certaminum genera, Olympia, Pythia, Nemæa, Isthmia, quæ celeberrima fuerunt, de quibus singulatim dicemus: ac primum de Olympicis.

20

30

, De Certaminibus Olympicis, Cap. 1.

40

Verunt Olympia certamina, quibus cum voluptate ad immortalium Deorum cultum, & ad exercendas corporis vires homines excitabatur, à Dactylis Idæis vocatis primum instituta, vt fama est. Nam ferunt illos fuisse quinque, qui ab Ida Cretæ monte in Elidem venerunt, vbi vans eorum natu maximus Hercules nomine, certamen curius per ludum fratribus proposuit: quorum nomina fuerunt ista: Peconeus, Ida, Iasius, Epi-medes, atque victorem Olealstro coronauit; quæ arbor ab ipso Hercule primum fuit eò ex Hyperboreis deportata. Hercules igitur Idæus primus autor